



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt Qvintvm Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

QVASTIO I.

Quomodo euasit?

§. I. **P** Et medium eorum securus ibat. Quod fuerit miraculi genus, an se inaspetabilem fecerit, an voluntates immutari, an manus continuerit, an celeritate sese subduxerit, incertum est. Mihi probabilius est eum sine pperatione, cunctis videntibus, per medium eorum discessisse; omnibus quidem mortem eius cupientibus, sed nullo manu iniiciente, dum quisque alterius hoc scelus esse mauult, quam suum. Voluntatem igitur singulis, quae obsequeretur iracundiae suae negauit, & fremitum omnium in ventum effudit. Totam enim malitiam intra cogitationes & minas coercuit, manusque occultam potentiam alligauit. Sic eorum qui a Pharisaeis missi sunt nemo misit in eum manus: quia nondum venerat hora eius. Ambrosius & Beda mutasse voluntates, Maldonat, inuisibilem se fecisse existimat.

*Euasit sine preparati-
one aut a-
lia in deso-
ra fuga.*

... non tamen per caliginem eluso, qua nulli
... succidisset, si fuisset.

Tangere enim & tangi, nisi corpus, sed
§. 6. Si Deus creator, non recusasset preconium
venire eum oppugnaturus, non recusasset preconium
demonum, qui erant creatoris, gestisset ab illis timeri.
Nunc eos repudiat, qui promiserat, per quos volebat
annunciari, non enim demonum praedicatione vti
dignabatur, cui abundabant Sancti.

VERSVS 29.

*Et surrexerunt, & eiecerunt illum
extra ciuitatem, & duxerunt il-
lum usque ad supercilium mon-
tis, super quem ciuitas illorum
erat aedificata, ut praecipitarent
eum.*

C A P V T V.

ACTVM est autem cum turba irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipse sta-
bat secus stagnum Genesareth. 2. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscato-
res autem descenderant, & lauabant retia. 3. Ascendens autem in unam nauim, qua
erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula
turbas.

4. Processit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. 5. Et
respondens Simon, dixit illi: Praeceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxa-
bim retia. 6. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.
7. Et annuerunt sociis, qui erant in alia naui, ut venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & implerunt
ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur.

8. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens: Exi a me, quia homo peccator sum,
Domine. 9. Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam cepe-
rant. 10. Similiter autem Iacobum, & Ioannem filios Zebedaei, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem
Iesus: Noli te timere: ex hoc iam homines eris capiens. 11. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus se-
cuti sunt eum.

12. Et factum est, cum esset in una ciuitate, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum &
procidens in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. 13. Et extendens manum,
tangit eum dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. 14. Et ipse praecepit illi, ut nemi-
ni diceret: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut praecipit Moyses, in testimonium
illius.

15. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbae multae, ut audirent, & curarentur
ab infirmitatibus suis. 16. Ipse autem sedebat in deserto, & orabat.

17. Et factum est in una dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisei sedentes, & legis do-
ctores, qui venerant ex omni castello Galilae, & Iudaea, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum
eos.

18. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & querebant eum inferre, & ponere an-
te eum. 19. Et non inuenientes qua parte illum inferrent praeter turba, ascenderunt supra tectum, & per tegu-
las summisserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. 20. Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remit-
tuntur tibi peccata tua. 21. Et coeperunt cogitare Scribae, & Pharisei, dicentes: Quis est hic, qui loquitur bla-
phemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

22. Et cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris.
23. Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge & ambula? 24. Et autem sciatis, quia
filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum,
& vade.

Et vade in domum tuam. 25. Et confestim confurgens coram illis, tulit lectulum, in quo iacebat, & abiit in domum suam, magnificans Deum. 26. Et stupor apprehendit omnes, & non significabant Deum. Et repleti sunt timore dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. 27. Et post hæc exiit, & vidit publicanum nomine Levi, sedentem ad Telinum, & ait illi. Sequere me. 28. Et relicto omnibus, surgens secutus est eum. 29. Et facti sunt cum eum. 30. Et murmurabant Pharisæi, & Scriba eorum dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? 31. Et respondens Iesus, dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medicos, sed qui male habent. 32. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. 33. At illi dixerunt ad eum. Quare discipuli Iohannis ieiunam frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tu autem edis, & bibis? 34. Quibus ipse ait. Numquid potestis frui sponso, dum cum illis est sponsus, facere iunare? 35. Veniens autem dies, cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. 36. Dicebat autem & similitudinem ad illos. Quia nemo commissuram a novo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & novum rumpit, & veteri non convenit commissura à novo. 37. Et nemo mittit vinum novum in vires veteres: alioquin rumpet vinum novum vires, & ipsum effundetur, & vires peribunt. 38. Sed vinum novum in vires novos mittendum est: & utraq; conservantur. 39. Et nemo bibens vetus, statim vult novum, aut enim. Verus melius est.

IN CAPVT QVINTVM
ARGVMENTVM.



Occasionem quâ Petrus, Andreas, filii Zebedæi vocati sunt, enarrat, vt Matth. 4. Marci 1. Deinde Leprosi mundant historiam, quæ est Matth. 8. Marci 1. & Paralyci Matth 9 Marci 2. Deinde vocationem Matthæi quæ est Matth. 9. Marci 2. disputationem denique de ieiunio, cum Pharisæis institutam. Prior pars vsque ad vers. 12. in Ecclesia Syrorum legitur, Dominica secunda post Pascha. à versu 12. Matutinis Dominica quinta ieiunii. de tempore, quo hæc facta sunt, actum est in Matthæo. Pauca quæ D. Lucas particularia habet, explicanda supersunt.

VERSVS 1. & 2. & 3.

Factum est autem cum turba irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum, piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnâ nauem, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum: Et sedens docebat de nauicula turbas.

QVÆSTIO I.

Reclene verterit noster?

S. 1. Irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum, piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnâ nauem, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum: Et sedens docebat de nauicula turbas.

S. 2. Alium noster stagnum dixit, Beza impropiè dictum putat. at si stagnum & lacum distinguere placet, lacum est quasi lacus, vel congregata super eum congregatio. S. 3. Beza in nauicula, negat esse reducere, ipse vertit prouehere, & ait esse nauem, à nau enim esse à nau sursum. Verum id est à nauicula, & nauicula. hic stabant nauigia, quæ paulo ante exiitrua piscatione redierant,

Christus in mare iterum vt reduceret rogat. Propriè est a. in hoc genere verbum reducendi. Itaq; ceteri Nouatores cõtra Bezam sentiunt. Syrus ita vertit, non autem erat Simonis Cepha, cumq; de se disset Ies. b. nauicula ead. & dixit vt reduceret eam paululum ab arida in aquas, sedebatq; ac docebat turbas e nauis. Alii legunt: rogauit eum vt à terra reduceret pusillum, quam præferunt, vt & Latiniorem lectionem.

QVÆSTIO II.

Cur iubet duci in altum?

S. 1. Magna in re mysterium esse declarant Patres & interpretes, nam piscatores & iudex orbi conuertendo præficit. Non vt Prælati in dicitur ad Ecclesiastica beneficia enehant, sed vt sine perturbatione respectum idoneos, vel ad ipsa officia, vel ad studia, vt functionibus illis preparatur. Ducere in altum iubet, vt obsequium mutuae nauis magno fructu cõpenlaret. Sic Elias Sarephathæ viduæ mercedem repedit. Magno documento non perire tempus, q; Deo impenditur. 3. Reg. 17. v. 15. Quæ abijt & facti iuxta. verbi Eliæ: & comedit ipse & illa, & uomus eius, & ex illa die hydi & farina non defecit, & lecythus olei non est immixtus, iuxta & verbi Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ. In altum ducere est altiore recedere, vbi vadofum est mare, in eum locum profundum est. In altum ergo est ius. Beza dicit & γρηγορησθημεκα in profundum. Daniel Toff, Bezanam Grammaticen reprehendit, cum ad verbum ait esse, reducere in profundum, & retinet verbum I. xandi. Est a. hie & nauicula, quod non est, (vt ille) & a nau, sursum agere, cum dicat ius. Beza dicit in profundum. Quin ducere in altum Ambr. interpretatur vt profundum disputat. Quod enim ram altum, quam altitudinem diuisarum v. d. re. sicut Dei filium, & prof. sion e diuin. gener. u. ris ass. meri? Quam licet mens non queat humana ple. & rationis inuestigatione comprehendere, fidei ramen plenitudine compl. & ur. Nam est non licet mihi scire quemadmodum natus sit: non licet tamen nescire quod natus sit. Seriem generationis ignoro, sed aut rem generationis agnosco. Non inter suum cum ex patre Dei filius natus est.

ADAMI
+ EUANG
C. V.

ferretur, sed inter se unus cum a patre Dei filium diceretur. si
Deo non credimus, cui credemus? Idem Ambrosius retia
Apostolorum describit. Quae sunt autem Apostolorum,
retia laxari iubentur retia, nisi verborum complexiones, &
quasi quidam orationis sinus, & disputationum recessus, qui
retia, quos coprimunt, non amittant? Et bene Apostoli a instru-
mentis a piscandi retia sunt, quae non captos perimunt, sed
referunt. Et de profundo ad lumen extrahunt, & studuan-
tes de infernis ad superna perducunt. Est & aliud Apostoli-
cum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Domi-
nus iubei dicens, Mitte hamum, & cum piscem qui primus as-
cenderit tolle. Insigne documentum sine Deo omnes
coehatus esse irritos, Dei virtute & iussu nihil non
effici posse. Docebat se eum esse quem Propherę mul-
tos piscatores missuram dixerunt, vt Terrullian. li. 4.
contra Marcionem c. 9. De tot generibus operum quid vtiq;
et piscaturam respexit, vt ab illa in Apostolos sumeret Simo-
nem, & filios Zebedaei: Non enim simplex factum videri potest,
de quo argumentum processurum erat, dicens Petro tripodanti
de copiosa in dagine piscium. Ne time, ab hinc enim homines
eris capiens. Hoc enim dicto intellectum illi suggererat ad im-
pleta prophetia, se eum esse, qui per Hieremiam pronuntiatur:
Etsi ego miram piscatores multos, & piscabuntur illos,
hominis scilicet. Deniq; relicto nauicula sequitur sunt eum,
insequuntur diligenti, qui cooperari faceret, quod edixerat. Aliud
est & significans de nauicula nauicula colligo ad legere, habiturus
piscium quandoq; nauicula nauicula Marcionem. Praefiximus
quidem aduersus antiheis nihil proficere proposito Marcio-
nis, quam patet diuersitatem Legi Euanglii, vt & hanc a
re aduersus ipsam, deniq; predicatam in re promissione noua
legis & noui Testamenti. Xalozuz Beza
dicitur vertit, laxate nullo modo ait, vt spondere Græco
in abulo. Id sane non credo, cum etiam lexica Calui-
miana, ad a exponant laxo. Est enim xaloz & aqua,
laxate est expansa proiicere, vericulum enim erat, vt
illud perant.

VERSUS 5. 6.

Et respondens Simon, dixit illi: Praeceptor per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.

QUESTIO I.

Quis piscationis effectus?

Postquam iactum fecit iubente Domino Petrus, contra non modo expectationem, sed naturam etiam conclusa est ingens copia piscium. Quia iactus erat fidei, non humanae industriae. Laborantes, inquit, in nocte, Beza, cum nos fatigauerimus. Sed non primo labor est & deinde ex labore defatigatio. Non igitur corrigendus noster interpret, cum significatione prima, ppiāq; vti sit. Nox piscationi est amicior, quam dies, calidis praesertim regionibus, itaq; quamuis noctis labor irritus fuit, fiduciam tamen in Christum proficitur, & retia iactat.
§. 2. Quaedam exemplaria habent em sula alia dicitur prior vera. Etsi autem legamus sula, non tamen principem aliquem, sed quem Hebraei vocant magistrum & doctorem intelligere oportet. Sic etiam Syrus loquitur. Quaedam dicitur alia plurali numero dicitur. Est vero rete, vt pleriq; quod vericulum appellant, quod late expanditur, nam alio non
Adami Conzen in Euang. Tom. II.

potuisset tanta multitudo colligi, vt pene mergerentur. Sunt igitur haec admiranda. Post noctis labores, alieno tempore, tantam copiam piscium capi, rumpi rete. Rumpuntur retia, inquit Ambrosius, piscis non labitur.

VERSUS 7. 8. 9. 10.

Et annuerunt sociis, qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, proccidit ad genua Iesu, dicens: Exi a me, qui homo pecc. &c.

QUESTIO I.

Quae feltem iactum consecuta?

§. 1. Stupor eos aduocatus circumdedit, admiratio & cum horrore, & circumdedit, sine causa Beza vertit occupat. Stupor ille effecit, vt minus considerarent, quanto suo emolumento eum retinere apud se possent. Dei n. praesentiam infirmiter horrebant. Peccator quidem medico egebat, exire a. Christum iuber, quod se eius praesentia putaret indignum. Eade mente qua cetero Matt. 8. 9. se iudicabat indignum, sub cuius rectum intaret. Non igitur verba sunt Dominum auertantis, aut fallidientis, & eorum qui dicebant Iob 21. recede a nobis, sed sua peccata agnoscentis, & a iustam maiestatem admirantis. Syrus paraphrasticè vertit. Petro a te vt discedas.

Dei presentia terrore incurrit.

§. 2. Sociis annuunt, longius enim aberant, quam vt verba vocantium audirent: qua quidem in re non modo historiae veritas, sed etiam mysterium est spectandum; Nam & illi mox ad Apostolatam vocati sunt nec hoc praetereundū in hac vniuersitate Ecclesiae Petro tribuunt principatum, ceteros esse adiutores.

§. 3. Haec tamen in felicitate iactus est periculum, Ideo, vt ait S. Ambrosius: suspecta. Multitudo enim Ecclesiae in haereses variis in partibus degenerauit, vt notauit idem Ambr. Vnde tanta pericula, vt propè interitum esse videatur. Itaq; nauiculae mergebantur, aut pene mergebantur. Variant enim Latina & Graeca exemplaria, quaedam habent & pene, alia non habent. Syrus constanter habet איהן דקריבן איהן איהן decari-ban hani, vt propè essent.

Multitudo grauitur Ecclesiae.

§. 4. Non modo esse bono animo iuber, sed etiam fore vt homines capiat, praedicat, qua figura officium illius sociorumq; ostendit. Syrus eris piscatoris homines איהן ביהוה filios hominum, & addit איהן ad vitas, seu, ad viuificandam. Piscibus enim captura exitio, homini salutis futura erat. Eris capiens eris langor eris capiens, quod Erasmus torquet contra eos, qui Turcas occidit, quos mortuos, quam viuos malunt. Imo pecunias illorum quæruunt. Auaritiam & crudelitatem nostrorum in Turcas non probamus, quamuis enim crudelissimas hostis sit, non tamen crudelitas crudelitate pensanda est. Erasmus tamen haereses damnatus est, quod bellum sicitum neget.

VERSUS 12. & sequentes.

Et factum est cum esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & proccidens in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manū tetigit eū, dicens: Volo, &c.

QVÆSTIO I.

Cur tetigit Leprosum?

§.1. SYRUS non modo plenum leprâ, sed etiam prâ dicit: Tactu vltus est aliquando, aliquando aliis cæremoniis, quâdoq; verbis: Neq; n. virtutē suam, quæ V.17. semper ei aderat ad sanandū, vlli certo symbolo alligavit, sed liberum sibi reliquit, tactu est a. peculiariter vltus ad humanæ naturæ veritatē demonstrandā:

Variis modo Christus sanas.

Tangit leprosum.

Christus legis obstructor.

Tangeri enim & tangi nisi corpus nulla potest res. Marcionice ex eo probare nitebantur Christum veterem Legē damnasle, ideo creatoris & legislatoris inimicum fuisse. Tetigit enim contēptor legis, vt habet Tertul. 4. contra Marc. c.9. Sed quoniam attentius arguetur apud illam suam, nescio quem cōtra dicitur, id est cōmiserationem, & cōmiserationem, ut est cōdibilem, in leprosi purgationem, non pigritia occurrere. & in primis figurata legis vim ostendere, quæ in exemplo leprosi non contingendi imo ab omni commercio: summouendi communicationē prohibebat hominu delictis. o. m. mari latis, cum qualib. & Apostolus cibū quog; vetat sumere: participari enim stigmat a delictorū quasi ex contagione si quis se cum peccatore miscuerit. Itaq; Dominus volēs a tuu vtelligi Legem per carnalia spiritali significans: & hoc nomine non destruens, sed m: gis exstruens, quā pertinētius volē at ag: ost: tetigit leprosum, a quo est homo in q: nari potuisset, Deus vltus non inquinaretur, inquinari in abilit. Cil. Ita non prescribitur illi quod debuerit legem obseruare, & non contingit reimmundum, quem contactus immundi non erat inquinaturus. Hoc m: gis meo Christo competere sic doceo, dum tuo non competere de nonstro. Si enim vt amulus legis tetigit leprosum, nib: li faciens præceptum legis per contemptum inquinamēntis, quomod: posset inquinari, qui corpus n: n h: bebat quod inquinari non poterat vt phantasma, iam non virtutē diuina incontaminabiliterit, sed phantasmatis inacitate: nec contempisse videri potest inquinamentum, cuius mate: iam non habebat: ita neo legem destruxisse, q: in inquinamēntum ex o: casti ne phantasmatis, non ex ostentatione virtutis eius erat. Quem Tertul. ex eo satis conuincit, quia misit ad sacerdotes. Quantum n. ad tutelam legis iussit ordine impleri, & argumenta figurate adhuc tuebatur. Itaq; ad eum in q: vt sit vobis in testimonium. Sine dubio, quo testatur se legem non dissoluere, sed adimplere: quo testatur se ipsum esse, qui morbos & valetudines eorum suscipitur annuntiabatur. Hæc tam congruentem & debitam interpretatōnem testimonii, adulator Christi sui Marcion, sub obtentu mansuetudinis & lenitatis quærit ex ludere. Nā & bonus, inquit, præterea sciens omnem qui l. pra:cepit: liberatus, solennia legū exccutorum, id est vltus pra:cepit. Quid sum? Perseuerauit in bonitate, id est, perm: sione legis, an non? Si enim bonus perseuerauit, non quā destructor erit legis, nec Dei alterius habebitur, cessante legis destructione per quam alterius Dei vindicatur, cessante legis destructione per quam alterius Dei vindicatur. Si non perseuerauit bonus destruet do peste legē, factum ergo est testimonium postea collocauit apud illos in curatione leprosi: destruit enim bonitatem, dum destruit legem. Malus iam, quando legis euersor: si bonus, quum l. gis indulget. Sed & eo quod indulget legi obsequium, bonam legem confirmauit. Nemo enim malo obsequi patitur. Ergo & sic malus, si obsequium malo legi indulget: & sic deterior, si bona legē destructor aduenit. Proinde si vt sciens omnem, qui lepra liberatus esset ita facturū, id est præcepit minus offere, potuit & nō præcepisse q: sciebat vltus futurū. In ranū ergo descendit quasi legē destructor, cum cedit obsecutor: ibi, legis. At qui quasi sciens formam eorū, magis ab ea auertēdos præuere debuerat: si in hoc venerat. Cur ergo non tacuit, vt homo solo suo arbitrio legi obediret? Tun. n. aliquatenus posset videri patienti sua praestitisse. Sed iudicet et auctori atē suam ex: gge: atā testimonij pōdere, n: n iam testimonij, nisi legē asserat. Certe nihil interest quomodo si manēt: Legē siue qua bonus siue qua superuacua, siue qua patiens: siue qua inconstans, siue

Christus legis testimonium am dat.

te Marcion de gradu pellim. Et præcepit legem impleri. Cum ergo legi indulget obsequium, vltus quiritur. Tert. legē non abrogauit. Quod vero vltus quiritur: carni tribuant vim sanandi, non iunt reprehendendū: si secundamam & instrumentariam duntaxat eam esse sentiant, non primam & quasi diuinam. Humanitas enim miraculorum faciendorum instrumentum fuit.

VERSUS 17. & sequentes. Et factum est in vna dierum, & sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes, & legis Doctores, qui venerant ex omni castello Galilæe & Iudæe, & Ierusalem, & virtus Domini erat ad sanandum eos, &c.

QVÆSTIO I.

Quæ de Paralitico Lucas peculiaris habet?

§.1. Concordat ille cū cæteris, sed quedā peculiaris exponit, aut verbis, q: exponenda sunt. Quidā legunt: & cæteris, alii dicit: & cæteris, quæ parte m: gis vltus alii m: gis dicitur. Vna dicitur m: gis pro m: gis, Hebraicum est, quem Germani, Itali, Hispani sequuntur. Proterea, perperâ quædā exemplaria habent, infirmos. Alius legit vltus. Brug. in Notis Græcis It. est etiam tam Syriacè dicitur: nec non apud esarrator. in Ezechy, mar: esse. Annata porro quidā se l. gis: in vno dicit dicitur pro dicitur, tam, p: ut germanam esse l. gis: m: gis, vt a vltus referat in vltus. & a parte anteriori construatur hoc sensus: A Iesu ille c virtutē Domini, vt ipse Iesus sanaret, eos nempe qui opus habebant.

§.2. Et vltus dicitur Beza, Solarium, domum enim & cæteris dicitur significat, & vltus modo vltus; intelligitur, fuit m: gis Per regulas Beza dicitur: vt vltus m: gis perf: l. gis: pau: m: gis m: gis. [Ego, inquit, ne quis regularum nomine intel: ligat imbeciles, quibus acuminata domorum fastigio tegere consueimus, pauimentum testaceum ex Plin. lib. 36. cap. 25. malui interpretari: præpositio veto dicitur: perf: l. gis: m: gis: pauimentum indicat, quam exprimit Marc. 2. 4. quod etiam magnitudinem fidei istorum amplius declarat, quam si simpliciter ex regulis, id est, fastigio domus demulsi paralitici diceretur.] Marcus habet c. 2. a vltus dicitur: vt vltus dicitur: & foderunt, seu patefecerunt. Plinius libro 36. cap. 25. alio modo vocat pauimentum testaceum. [Sub: dialia Græci inueniēte, talibus domos contingeret: facile tractu tepente, sed fallax, vbicunq; imbeciles: lant. Necessarium binas per diuersam coactiones subiterni capta earum prægine ne torquentur, & cæteri nouo testam partem testæ testæ ad dicitur deinde dicitur, in quo dicitur quintæ calcis miscantur pedali crassitudine festucari. Tunc nucleo crasso sex digitos induci, & ex testæ grandi non minus alta duos digitos strui. Fastigium vero seruari in pedes denos sequuntur, ac diligenter cote despumate, quemq; axibus contabulare. Quæ torquentur inntilla putant: ino: & silice aut palea subiterni melius esse, quo minor vis calcis perueniat. Necessarium & globosum lapidem subiterni. Similiter hinc spicata testacea. Non negligendum est etiam nym nym genus Græcicum. Selo festucato iniicitur rudus aut testaceum pauimentum: dein spisse calcatis cat bonibus inducitur, sabu: lo, calce ac fauilla misti materia crassitudine semper: daltat regulam & libellam ex gicur, & est forma cerrena. Si vero cote desoluitur est, nigri pauimenti visum obtinet.] Video omnino errare Beza, qui si Plinium inspicisset, aduertisset pauimentum testaceum dici rudus, & misceri cum aliis materiis ad parandū solum.

ADAMI
+ EUAN

Cum autem putei non recte verti panimentum, testaceum, causa est, quia non puto domus illius panitū aut festucatum fuisse, et si. n. erat lithostrotē & camerata domus, huic tamen non conuenit: magno. n. molimine nec sine eorum qui subrus sedebat molestia & periculo de decidentibus fructis panimentum soluerent. Erant enim pedato aut fere crassitudine. Si illis supposita ligna & asseres crassi oneri ferendo, quos ablato ad spatium infirmo demittendo sufficiens panimento ferrā, aut securi oportuit dissecari, quod eos nec aulos, nec auditores passuros fuisse nemo non videt. Ipsi scilicet. terram ducent, Christo subrus confidente. Deinde quid *τὸς κέσμοις* cum panimento? *κέσμοις* est terra figurata & regula & vas testaceum. Pro panimento nusquam legi. Est igitur regula imbrex, sed lamina sigulina, quae testis imponitur, ut facile deponi possit: sine strepitu itaque & periculo regulas deponerent, deinde ligna, quae minora erant, facile amoverent. Testum Syri vocat *קראקא* *Agara* & quod graece est *κράκων* per regulas, ipse habet *תבולת ברוך* de tabulata. est vero *קראקא* *relal*, tegere, *umbrare*. *Telala*, *umbrata*, hinc *Mittalcha*, *umgurium*, Testum autem proprie ideo & noster sic verit, *קראקא* etiam idem est.

§. 3. Quid cogitatis mala in cordib. vestris. Mala omittendum est: nam ex Mattheo translatum huc non pertinet. Vtrumque dixisse Dominum non dubito. Primum quasi leuius cogitationes inceperat. Quid cogitatis in cordibus vestris, cum autem illi cogitatione responderent, recte se cogitare, meritoque ipsum blasphemiz in curare. Iterum vrget, quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quaedam etiam Graeca habent *νομινα*. *Talis lectum*, est in Latino, Graecus tantum habet *εργασματα*. Syrus habet, *lectum suum*. Quidam tamen libri addunt, *תבולת ברוך*.

VERSUS 30. & sequentes.
Et murmurabant Pharisei & Scribae eorum, dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non veni vocare iustos, &c.

QUESTIO I.
Qua in lectione notanda sint?

§. 1. *Οἱ κέσμοις αὐτῶν*, quidam omittunt *αὐτῶν*, meliores cum Latino & Syro legunt: Beza hunc locum primo vertit hoc modo: qui autem ex eis erant scribae & Pharisei, sed admonitus eos Christum non potuisse reprehendere, sic eadem in mensa pascerentur mutauit. Noster interpres legit: *οἱ κέσμοις αὐτῶν λέγοντες πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ*. Syrus eodem modo, nisi quod *αὐτῶν* omittit, quod Erasmus & alii Codices et omittunt. Ipsorum autem Scribas & Phariseos appellat qui eos instruebant, erantque Sectae eorum, aut conabantur eos ad frugem reducere. V. 31. Qui male habent, Syrus habet *רביש בריש* *bisich bisich* qui male affecti sunt, *debisich bisich* *ghabidim*. V. 32. Non veni vocare iustos, multi libri addunt, Enim, contra Graecos, Syros, & nonnullos Latinos. V. 33. Frequenter ieiunare. Syrus dixit *תרתבתא* *tertבתא* ponitantes, vere, sincerē. V. 35. Graeca habent *εὐδαιμον* & cum ablatu fuerit, *Adami Conzen in Euang. Tom. II.*

Latinus & Syrus non habent, idque rectius. V. 36. Syrus & vetus liber, non replet fructum arenenti. V. 36. Pro *εἰρη*, *fundis* seu *rumpit*, & *συνοῶν* quaedam exemplaria habent *εἰρη συνοῶν*.

VERSUS 39.
Et nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim. Vetus melius est.

QUESTIO I.
Quo pertinet comparatio vini noui & veteris?

§. 1. Facillima & in vulgus nota sententia difficilis consideratione redditur. Solus eam Lucas habet, & a paucis exponitur, credo quia facilis videtur. Difficultas vero est non modo in *ἀναπόδοσι*, siue redditione similitudinis, sed etiam in ipsa similitudine. Quidam enim vinum nouū vocari volunt, non quod mustum est, sed quod nondum mediam aetatem accessit, vetus autem quod supra mediam aetatem est, ideoque vocari *καλὰν*, quasi iam deficiens: mediae. n. aetatis vina probantur. Plin. l. 23. c. 1. *Sua cuique vino salua innocentissima, sua cuique, aras gratissima. Hoc est in d. a.* Senfus igitur fuerit, si hos audiamus, eos qui vetus bibere solent, non velle nouum, quod errore consuetudinis vetus nouo praefert, cum nouum melius sit.

Vinum veterius melius.

Nouū quibusdam mediocriter. Nouum vinum est mustum.

Hanc interpretationem non probo. Nam Christus vinum nouum, de quo hic loquitur, & versibus praecedentibus vocat mustum, quod nondum defuerit: vtres enim veteres rumpit, quod feruentis est musti.

§. 2. Constituendum igitur vetus vinum dici, quod iam omnino defecatum, & morā maturatum est, nouum vero mustum esse. Qui vero veteri potui affuetus est, non continuo multum desiderat, dicit enim vetus esse melius. An recte ille sentiat, disputant. Quidam aiunt in multo seu nouo vino amarorem esse, quem vetustas decoquit: Verum in generosissimis vinis, qualia in Iudaea erant, multum erat praecipua suauitas. Quo autem generosius vinum est, hoc magis vetustate crascescit, & in amaritudinem corpori minime vtilem coit. Condire eo aliud minus annosum insalubre est. Non igitur mustum insuauius est, aut vinum nouum. Alia igitur causa est, cur mustum dicat minus conuenire. Mustum omne stomacho inutile, venis incundum est, capitis dolores facit, & gutturi est inutile. In ebrietatis regno primaria est eius potentia. Ideo Apostolos variis linguis loquentes multo plenos dicebant. Merito igitur affuetus vino veteri, non continuo cum vindemia spumat, mustum postulat, vt multi solent, qui noua dulcedine delectati, salubrem potum veteris vini fastidiunt.

§. 3. Quomodo sit exponenda similitudo, seu quis Christi scopus fuerit, non est difficile cognoscere, si id statuamus: Christum hac etiam demonstrare velle, quod fecit aliis duobus. Nempe longis ac frequentibus ieiuniis Apostolos non esse onerandos: vt exposui in Mattheo. Sed in argumento formando differunt.

Quidam bibentem vetus vinum aiunt esse Christum & Apostolos, eo quod viuunt communi modo, secundum veterem tamen legem Moysi, quae paucis ieiunia praecipiebat. Nouum vinum esse genus vitae, quod Pharisei instituerunt, in quo frequentia erant ieiunia, quorundam quidem recto animi zelo frequentata, aliorum autem vanitate inutilia. Accedete nouam austeritatem Ioannis & eius discipulorum, quos Pharisei aliqui emulabantur, non pietatis studio, sed gloriae.

Hoc genus vitæ Christum aiunt vocare nouum vinum. Sensus igitur est. Discipuli mei affueci veteri instituto vitare, non possunt ad nouam vitam rationem subito traduci, ideoq; signanter *ἰουδαίως* subito. Non igitur cum alioqui pauper ē vitam agant, sint in perpetuis pene peregrinationibus, nouo ieiunio cōtra consuetudinem onerandi sunt. Dicerent enim veterem vitam esse *γενεσιγεν* meliorem, iucundiozem. Paulatim autem iensim mutationes esse faciendas: non quod non momento possit Christus eos in alios viros commutare, sed quod naturę conuenienter eos erudire velit, madumq; ostendere, quo ipsis in aliorum conuersione sit vtendum, aut sanē demonstrare iniquam esse Pharisæorum querelam, murmurantium, quod non continuo in ipso aditu discipulos austeritate vitę percellat, cum recepta lex sit: mutationes pedetentim faciendas, ita Hippoc. i. par. *ὁδὸν κατὰ σποδὸν* aphorismo 1. τὸ κατὰ σποδὸν καὶ ἐξ ἀπίστου καὶ οὐκ ἢ πλεονῶν, ἢ φαρμακείων, ἢ ψυχρῶν, ἢ ἀλλὰ ὁμοιωσῶν τὸ σῶμα κινεῖν σφραγισθῶν καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῆ φύσιν πολεμεῖον τὸ ἢ κατὰ δόξαν, ἀσφαλές, καὶ ἀλλὰ ἢ καὶ τις ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἑτέρου μετὰ βάλνιδ est. Plurimum atq; repente euacuare vel replere, vel castrare, vel refrigerare sine quouis alio modo corpus mouere periculosum: Quoniam enim vinum est natura inimicem. Sed quod paulatim sit tutum est, cum alias, tum cum ab alio ad alterum sit transitus.

Id quod de hi. ce dicit, in omnibus omnino locum

habet. Nam Apostoli nocturnis, ac diurnis laboribus affueci, valido, vegetoq; corpore, in mari & flumine vitam agere soliti, sine discrimine valentius longa & crebra ieiunia ferre non poterant, quamuis vero eam miraculo Christus seruare potuerit, non tamen non necessaria exigere illi debuerunt, sed moderationem & *ἐπιμακείαν* Domini probare τὸ εἰσὸς naturę amicem est.

§. 4. Alii vinum vetus Cærimonias Mosaicæ, nouum vero Evangelij libertatem interpretantur. Tum vero sensus est. Qui vetus bibit, hoc est legis cærimonias vitat, non continuo nouum desiderat, hoc est Evangelij libertatem amplectitur: dicit enim veterem legem esse meliorem. itaq; cum, qui vetus vinum nono præsert, non ex æquo & bono, sed affectu iudicare: nouum enim dulcius, sed ei cui alter formatus est gustus ex consuetudine videri minus iucundum. Quemadmodum illi qui duris affueci sunt, solidisq; cibis, nimium delicatos fastidiunt. Hanc minus probō: Neq; enim causam reddit, cur Apostolos Evangelium non statim amplecti vellet, cum omnes hortatus sit, vt crederent Evangelio, sed cur nolit eos loannis ritu ieiunare. Nec Apostoli Evangelium & Christi confortium amplexi, veteres cærimonias nouæ libertati anteponebant, imo legem ipsi diligenter seruabant, & quomodo ad Christum illa duceret, paulatim docebantur.

ADAMI
113
+ EUAN
518

C A P V T VI.

ACTVM est autem in sabbato secundo, primo, cum transtret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus. 2. Quidam autem Pharisæorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis? 3. Et respondens Iesus ad eos, dixit: Nec hoc legis quod fecit Dauid, cum esurisset ipse, & qui cum illo erant? 4. Quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis sumiuit, & manducavit, & dedit his, qui cum ipse erant, quos non licet manducare nisi ieiunium sacerdotibus? 5. Et dicebat illis: Quia Dominus est Filius hominis, etiam sabbatis. 6. Factum est autem & in alio sabbato, vt intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. 7. Observabant autem Scribæ & Pharisæi, si in sabbato curaret: vt inuenirent unde accusarent eum. 8. Ipse vero sciebat cogitationes eorum: & ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. 9. An autem ad illos Iesus: Interrogo vos, si licet sabbatis bene facere, an male: animam saluam facere, an perdere? 10. Et circumspexit omnibus dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius. 11. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem, quidnam facerent illi. 12. Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. 13. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominauit.) 14. Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum, & Ioannem, Philippum, & Bartholomæum. 15. Mattheum, & Thomam, Iacobum Alphaei, & Simonem qui vocatur Zelotes, 16. & Iudam Iscariotem, qui fuit traditor. 17. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalē, & mariuma, & Tyri, & Sydonis. 18. Qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. 19. Et omnis turba que ebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. 20. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. 20. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fleitis: quia ridebitis. 22. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis. 23. Gaudere in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo: secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum. 24. Verum tamen vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram. 25. Et vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis. 26. Ne cum benedixerint vobis homines: secundum hæc enim faciebant pseudo-Prophetis patres eorum. 27. Sed vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. 18. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro cauumniantibus vos. 29. Et qui te percutit in maxillam, p. abe & alteram. Et ab eo qui auferit tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. 30. Omni autem petenti retribue: & qui auferit quæ tua sunt, ne repetas. 31. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. 32. Et si diligitis eos qui diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt. 33. Et si benefeceritis his, qui vobis be-